



111. 15

HISTORIA
SCHOLAE DVCALIS
VVOLFENBUTTELENSIS.

DIATRIBE III.

QVA

SPLENDIDISSIMVM NATALEM
SERENISSIMAE PRINCIPIS A DOMINA
PHILIPPINAE
CHARLOTTAE

EX REGIA BORVSSORVM STIRPE NATAE
DVCIS BRVNOCENSIS ET LVNEBURGENSIS
DOMINAE NOSTRAE INDVLGENTISSIMAE

IN

DVCALI NOSTRA SCHOLA
ORATIONE VERNACVLA

D. XIII. MARTII A. CCCCCCL.

HOR. MATVT. IX.

SVBMISSISSIME CELEBRANDVM

INDICIT

IOAN. CHRISTOPH. DOMMERICH

PHILOS. DOCT. INCLIT. ORD. PHILOS. IN ACADEMIA IULIA
CAROLINA ADIVNCT. ET SCHOLAE DVCALIS
VVOLFENBUTTELENSIS RECTOR.

VVOLFENBUTTELI

TYPIS IO. THEOPH. ANT. MATTHEEN DVC. TYPOG.



Eodem Athenæi nostri Historiæ colophonem im-
pōsiturus pergam tramite, quem in prægressis
Diatribis secutus sum. Tertia eius restat pe-
riodus, sub Serenissimo CAROLO huc vsque in illa gesta
comprehendens. De optimi Principis in Scholam no-
stram beneficiis largissimis dubitabit minime, qui Eius in
rem litterariam summa merita habet perspecta. Quis vero
in toto terrarum orbe a litterarum studiis ita est remotus,
vt, quam latissime se exferentem, huius Musagetæ famam
non admiretur? Laudibus nostris non indiget Princeps,
quauis laude maior. Vix enim ad reipublicæ gubernacula
accesserat, Pater Patriæ, a. MDCCXXXV, cum in Mu-
sis tuendis, fouendis, alendis, ac promouendis ita esset
occupatus, ac si id vnicē ageret. Quantum Academia

Iulia Carolina Ipsi debeat, hoc loco dicere non attinet. (a) Vnicum, quod Brunswigæ crexit, *Collegium Carolinum*, sat-
tis superque, quam bene Musis velit, declarat. (b) Ex tanto igitur in bonas litteras studio quid potuit oriri aliud,
quam ut terrarum Suarum Scholas curæ cordique haberet
maxime? Id quod etiamnum mirum in modum miramur. Vix
enim usquam reperies Principem, qui Eius in Scholas fauorem
æquet. Indefesso labore, maximisque sumtibus vndiqua-
que viros conuocat, scholis natos ac doctissimos. Fieri
ergo aliter non potuit, quam ut Ducale nostrum Lyceum
eamdem Eius experiretur gratiam. Fouit illud ad hunc
usque diem, nullique parcit rei, quæ ad Eius cedat splen-
dorem. Id semper egit, ut digni adessent iuuentu-
tis in litteris & moribus moderatores, quos sollicite & ca-
re conuocauit. De lectionibus, in gymnasio nostro tra-
stantis, ante quadriennium prospexit sapientissime ac peri-
stissime, itidemque de præceptorum aequa ac discipulorum
vita & moribus statuit indulgentissime. Pro singulari, qua-
est, in Musas nostras liberalitate non solum quorum-
dam Præceptorum auxit stipendia, quæ in hac temporum
caritate augeri debebant: sed & annum donum ipsi Scho-
lae

a) vid. Prænobil. AVG. VVILHELM. HASSELII, magno Patre
Filii dignissimi, *Dissert. de florentissimo Iuliæ Carolinae presenti sta-
tu.* Vuolfenb. MDCCL. in 4. $1\frac{1}{2}$ plag.

b) v. *Vorläufige Nachricht von dem Collegio Carolino zu Braunschweig.*
1745. it. *Fernerweite Nachricht von dem Colleg. Carol.* 1746. it.
Weitere Nachricht von dem Collegio Carolino. 1750.

la concessit, vnde lignum ad Auditoria, tempore hiberno
 calefacienda, possit coem. Præterea quoque Scholæ ædifi-
 cium ira aptari iussit, vt in inferiore eius parte, quæ antea
 omnino erat desolata, Scholæ Præceptores quidam possint
 habitare. Ut reliqua beneficia nobis concessa tacitus iam,
 sed venerabundus, præteream. Vnum tamen adhuc omitti
 nequit. Meritissimus Scholæ nostræ Rector, Io. Dax.
 Coordes, cum senescere coepisset, & septuagenarius sin-
 gularibus premeretur senectæ suæ incommodis, quæ Eius
 memoriam omnino debilitarant, Scholæ Suæ clementissime
 consuluit indulgentissimus Princeps. Noluit virum de Scho-
 la optime meritum, in illaque consumtum, senectutis suæ
 infirmitatibus aliquid damni aut iacturæ facere, quod se-
 nium eius adfigere potuisset: sed, cum Scholæ salus alium
 flagitaret moderatorem, liberalissime Rectori rude donato
 omnes concessit ad vitæ Eius dies redditus fixos, nouoque
 de stipendio aliunde prospexit. Cumquæ is in Scholæ famam
 varia institueret exercitia oratoria, programmatibus, typis
 exscribendis, sumitus erogauit liberalissime. Neque quid-
 quam Scholæ nostræ tam salutare, præcipuum, aut glorio-
 sum est: quod tempora subsequentia ab Eius gratia non
 possint exspectare, quin Eius clementiam illorum exspecta-
 tionem superaturam esse, certissime confidimus. Vota igitur
 ardentissima pro tanti Principis perenni salute Schola
 nostra quotidie, quin singulis horis, agit: quorum illam
 a Deo compotem fore, nulli dubitamus.

Gessit, diuino hoc Principe regnante, sub felicissimis au-
 spiciis, Ephoriam Athenæi nostri Vir S. V. Ioan. Bernhar-
 dus

dus Hassel, cuius supra iam mentionem fecimus. (c) Vigilantissimum se hoc temporis spatio praestit semper, idque vnicet agit, ut Scholæ splendor promoueatur & salus. Fauxit ergo Deus, ut dignissimus hic Theologus Scholæ nostræ in seros vsque annos consulat.

Rectura sub hoc Principe functus adhuc est senex cordatissimus Joh. Dan. Coordes ad a. 1593XXXVIII, (d) quo ob virium ingrauescentem infirmitatem a Serenissimo CAROLO emeritus clementissime declaratus est. Huic ego, Ioan. Christoph. Dommerich, Deo sic dirigente, ac Celsissimo Principe ita iubente, d. XXVIII. Febr. 1593CCXLIX. successi. Arroganter forsitan aliquibus facere videbor, qui vitam meam hic exponam ipse. Sed causam meam agent, qui in optatis habuerunt, ut viri litterati ipsi Vitas suas posteritati traderent. (e) E re publica nisi enim id foret, tanti ingenii viri

c) v. Diatr. II. p. 58. vbi Eius Biographia addi potest cel. 10. CHRISTOPH. STRODTMANNI *Geschichte iztlebender Gelehrten* P. IX. p. 112. sequ. & *Beiträge zu den Act. Hist. Eccles.* Vol. II. P. I. p. 127. sequ.

d) v. Diatr. II. p. 59. 60. Insuper notasse hic iuuabit, præter illa cel. REISKI programmata, quorum supra Diatr. II. indicem dedimus, nobis adhuc vnum de *Pathologia scholastica* innotuisse. Nec non Dissertat. de D. Georgio Martyre. Raccburgi 1678. 4.

e) vid. celeb. HEVMANNI *Conspicf. Reip. Litter.* c. VII. §. II. p. 403. sequ. Ed. V. & GODOFR. VVAGNERI *Dissertat. de Scriptoribus*, qui de sua ipsi vita exposuerunt. Vuitteb. 1716. nec non b. GEORG. SARGANECCIVS, *Præceptor meus quondam in Pædag. Reg. Halensi doctissimus*, in prolusione quondam

viri neutiquam optassent. Placuit Summo Numini, optimos mihi concedere parentes. Natus enim Buckeburgia a. c. 1583.
 d. XXV. Dec. patrem habui b. *Ioan. Christoph. Dommerich*,
 Erfordia Thuringum, qui, postquam Thuringiam cum Vuest-
 phalia commutauit, Buckeburgi, in Comitatu Schaumburgico,
 Cancellariæ Procuratoris primum, deinde quoque Secre-
 tarii Consistor. sustinuit partes: de cuius familia, quæ a
 patriæ finibus longe fuit remota, multa proponere nequeo.
 Vnus tamen procul dubio ex maioribus meis paternis fuit
 celeb. M. *Paulus Dommerich*, Hala Saxo, Matheos et
 Græcæ Linguae Professor in Acad. Erfordiensi, & primus
 Coenobii Augustiniani Scholæ (in formam redactæ) Rector,
 mortuus a. c. 1613. (f) Nomen enim nostrum
 olim per u quoque scriptum fuisse, ex patre b. m. sâpe
 audiui. Matrem colui *Hedewig Soph. Otil.* natu Geislin-
 geriam, filiam natu minorem b. *Georgii Bernhardi Geislin-*
geri, Scholæ Bückeburgensis Rectoris, quæ ex coniuge, ex
 Dolliorum familia oriunda, ipsi nata erat. (g) Proauum
 habui

dam Halæ 1739 edita *Vite propria Ephemerides*, librum inter
 scripta humana, si libet, utilissimum, cuius tamen quisque Auctor
 esse possit, commendat.

f) Plura de hoc mihi non constant, quam quæ in M. GODOFR. LVDO-
 VICI *Historia Rectorum Part. I.* p. 32. 33. & in IO. HVNDORPHII
Encomio Erfurto, Erfurt. 1671. in 8. in IVST. CHRISTOPH.
 MOTSCHMANNI *Erfordia Litterat. Collect. I.* p. 48. & in LEVCKFEL-
 DII *Antiquit. Gandershem.* c. XXVI. p. 347. sequi. legi. Ex-
 stat quoque Eius oratio habita in *Declamat. PHIL. MELANCH-*
THONIS Tom. II. p. 679. sequi. Argentor. in 8. Quod si quis
 plura de hoc Erudito sciret, gratissimum mihi faceret, si me-
 cum illa communicaret.

g) vid. de his S. V. HAVBERI *Primit. Schaumburg. Fascic. II.* p. 226.

habui *Ioan. Geislinger*, Ecclesiarum Obisfeldensis Pastorem, (h)
 & proauiam *Angel. Iud. Bakiam*, Viri olim S.V. D. *Reinhardi Bakii* filiam. (i) Abauum *N. Geislinger* illustriss. olim Comiti a Caluoerde a concionibus aulicis. Prima Christianae religionis æque ac litterarum principia ex optimi Parentis ore hausit, postea vero Scholam patriam frequentauit, vbi fidelissima *Conr. Henr. Knefeli*, Pastoris iam in pago Steinbergensi Schaumburgici tractus, & doctiss. *Nicolai Buttneri*, Pastoris iam Hagenburgensis eiusdem tractus, institutione

h) Huius posteros sequens tabula ob oculos ponit :

Ioannes Geislinger Past. Obisfeld.

Io. Reinhard Geislinger ciuis Brunswicensis litteratus	Georg. Bernhard Geislinger Rect. Scholæ Buckeburgensis.		
lian Geis- ger Ciuis cereuif. runfuc.	Ioan. Ioach. Anna Elif. Geislinger Geislins- Rect. Schol. ger nupta Lamb. Hil- Papio des.indePast. Sarsted. Is a. Elif. Cath. MDCCX. Papia nu- <i>Laurum</i> pta Gyn- <i>Brunswicen-</i> thero <i>sem edidit in</i> <i>natalem Ser.</i> quæ fu- <i>ANTONII VL-</i> scepit 4. <i>RICI carmine</i> filios & <i>heroico in</i> filiam fol. 2 plag.	Reinhard Christian Geislinger Past. Vuellenensis prope Magdeburgum August Christian Geislinger Diac. Ecclef. Vuanzle- biensis prope Mag- deburg.	Otil. Hedev. Sophia Geislingeria nupta Dommerichio
 Cathari- Geisl- er nupta Kregeha.	M. Jo. Christoph Domme- rich Aduoc. & Procur. Cancellaria Buckebur- gensis.		

i) vid. PAVLI FREHERI *Theatr. virorum erud. clarorum* p. 596. & ce-
reb, IOECHERI *Gelerten Lex.* 1750.

tione frui mihi contigit, quorum in me beneficia numquam non gratissimus recordabor. (k) Ad Academiam Halensem anno ætatis XVII abii, in qua bonarum artium mercatura in Linguis orientalibus Praeceptoribus vsus sum, S. V. D. Knappio, Excellentissimis Georg. Frid. Meiero, Professore iam ibidem Philos. P.O. & Ioa. Dau. Michaelis, in illustri Georg. Augusta iam Prof. Phil. P. O. In Philosophicis ducem habui Eudem celeberrimum Meierum. In Mathematicis cel. Langium & Krugerum. In Theologicis unicum Praeceptorem S. V. Sigismund. Iac. Baumgarten veneratus sum, veneraborque dum spiro. Postea operam meam Scholæ Latinæ Orphanotrophei Halensis consecrare coepi: quo factum est, ut deinde Pædagogio Regio me Collegam adscribi paterer. Sed post labores aliquamdiu ibi exantlatos, Viro Perillustri, Generofissimo & Consultissimo Vuolf. Carol. de Lehener, S. R. I. Equite, omniumque Schaumburgicorum Dicasteriorum Præside grauissimo me ad generosæ Suæ Iuuentutis institutionem domesticam vocante, in patriam a. cœlōccXXXIII redux fui. (l) Subsequente anno Illustrissimus Comes Albertus Wolfgangus mihi aula Suæ nobile famulitum, quod Matheſin docerem, commisit. A. MDCCXXXVI. Societas Latina

k) Ultimus hic orationem meam valedictoriam *de officio opera Dei contemplandi* peculiari programmata a. MDCCXL. prosecutus est de *theologie Christiana*. Rintel. 1. pl. in 4.

l) Quamdiu vixero, perillustris huius Patroni in me beneficia gratissime venerabor. Ea enim sunt, quæ nulla possit delere ætas. Macenatis huius candor, quem sepius expertus sum, me adhuc delectat, & patria mea huic Viro numquam debitas poterit exsoluere gratias, cuius & in sacris & politicis fulcrum iure dici meretur. Singularis, qua splendet, eruditio Ipsius quoque in republica litteraria magnam conciliauit famam: vid. Ilustr. ESTOR. *kleine Scripten* T.I.p. 827. sequ. Goett. Gel. Zeitung.a.

tina, quæ Athenis propter Salam Ienæ floret, me Membris Suis Honorariis adscripsit. A. MDCCXXXVII. eumdem mihi honorem exhibuit Societas Teutonica Regia Goettingensis. Eodem anno illustrissimus Schaumburgicorum Comes me Ecclesiæ Buckeburgensis Praconem matutinum constituit. Singulari autem anno sequenti factum est Dei prouidentia, vt Serenissimus Princeps CAROLVS, Herus iam meus indulgentissimus, me Incitæ Facultatis Philosophicæ in alma IuliaCarolinaAdiunctum clementissime vocaret. Hoc munere suscepso, d. XIX.Iul. h. a. Summos in Philosophia Honores, prævia dissertatione, *de utilitate Historiæ in Philosophia*, in inclito Philosophorum confessu prælecta, consecutus sum. His impetratis Dissertat. pro loco *de Approximatione Dei ad creaturas omnipræsentiam eius non tollente publice habui, quam Oratio auspicalis de superandis philosophiae moralis studii impedimentis excepit.* In mediis laboribus academicis constitutus a Serenissimo Principe ad nouum munus, idque Scholasticum euocatus sum. Iussit enim, vt Scholam Dualem Vuolfenbut-tensem regerem: cuius regimen d. IV. Martii MDCCXXXIX.

oratio-

1745. 84. St. Regia igitur Societ. Teuton. Goetting. dignius Hon-
nor. Membrum. inuenire non potuisset. v. Götting. Gel. Zeit.
1748. & S. R. CAR. ANT. DOLLI. Beschreibung der Huldigung zu
Buckeburg 1750. in 4. nec non Act. Histor. Eccles. Vinar. P. LX.
1746. Vnus ex Generosiss. Filiorum Eius pari, qui mihi semper
fuerunt carissimi, isque natu minor, Signifer iam est in co-
horte Illustr. Comitis Schaumburgici. v. Die Pedanterie im Kriege.
Rinteln 1750. Natu maior vero in Ernestina litteris adhuc ope-
ram dat. Generosa Filia natu maior, litteris tota nata, digna
fuit, quam Ducal. Societ. Teut. Helmstad. Membris suis Ho-
norar. adscriberet. vid. Braunschweig. Anz. 1750. Seruet
Deus illustrem ac generosissimam hanc Familiam in omnem
posteritatem.

oratione aditiali de utilitate ex Doctore Academicō in Scholas redundantē suscepī, ad quam audiendam programmātē de Scholis veterū, earumque cūm hodiernis analogiā inuitauī. Statuit tamen optimus Princeps, vt charaeterem & locum in Facultate Philosophicā Helmstadiensi, hoc munere fungens, retinerem. Cum scholasticos labores vix auspicatus essem, d. XX. Martii h. a. a Potentissimo Rege Sueciæ, Eiusque Academia Rintelenſi ad munus Professoris Mathematū, Logices & Metaphysices P. O. ibi gerendum, nil minus cogitans, vocatus sum legitime. Sed singulari CAROLI nostri gratia duc̄tus hanc spartam submississime recusaui. Anno c̄llobcl. matrimonium inii cum Christiana Gertrude, Filia altera virgine Viri S.R. M. Frid. Gottl. Breitsprachii, ad aedem St. Iacobi Magdeburgens. Pastor. Primarii, S. R. Ministerii Subsen. Iud. Eccles. Assessoris & Gymnas. Scholarchæ, quas nuptias d. XX. Ian. Magdeburgi faustissime celebraui. Quid sub Rectura mea in Scholā gestum, quid ad eius salutem sit constitutum, quomodo accreuerit, & reliqua, meum non est fuse exponere. Rem ipsam loqui præstat. Fortunet Deus t. o. m. in posterum labores meos, Scholamque nostram florentissimam semper conseruet.

Scriptorum meorum hic subiungere indicem licebit, quod publice a quodam desideratum iam est: (m) præser-tim cum illorum multa in *dem Lennischen theologischen Bücheral-sal* relata sint, (n) quibus omisſa hinc addi possunt. Sunt autem, ex temporis, quo publicata sunt, ordine, sequentia: I. variae dissertationes in den Leipziger Belustigungen des Verstan-des vnd Vuizes. (o) II. Meditationes philosophicæ & theologicæ

*de vera constitutione Fidei in Servatorem, Lemgouia 1744. in 8.
5. Plag. (p) III. Sphærologia oder kurzer Unterricht, wie so mol die
Himmels als Erdkugel beschaffen und recht zu gebrauchen. Zum
Nuzen der Schulen eingerichtet. Lemgo 1745. in 8. 12. plag.
cum fig. æn. (q) III. Beweis, daß einem Geistlichen Redner ei-
ne mathematische Erkenntniß nötig sey. Lemgo 1746. 7. pl. in 8.
(r) V. Dissertatio epistolica de Aurium Iudicio ad Stili Romani
scientiam admodum necessario, qua almæ Societati Latinæ Ie-
nensi de eo, quod se sibi socium adiungere voluerit, gratias
agit*

-
- Beschwerlichkeit bei dem Unterrichte iunger Leute. Vol. V. mens. Octobr. & Dec. ei. a. von den Ursachen der unanständigen Grobheit. Vol. VI. mens. Apr. & Maio. 1744. Gedanken von der Philosophischen Erkenntniß der sprachen. Vol. VII. mens. Jun. von den verschiedenuen Vugen zu Begriffen zu gelangen. Mens. Sept. Betrachtung einer sinnlichen und vernünftigen Gottesfurcht. Vol. VIII. m. Mart. Vernünftige Gedanken von den verklärten Körpern bei der Auferstehung.
- p) vid Goetting. Gel. Zeitung. 1745. N. 101. id. Nachrichten von den neuesten theolog. Sachen. 1746. XLII. St. p. 128. sequ. vbi magis obstetricio more, quam erudit locutus est Iudex meus.
- q) vid. Leipz. Gel. Zeitung. 1745. n. C. & Götting. Gel. Zeitung. 1745. n. 70. it. Hamburg. Gel. Berichte. 1746. n. 1.
- r) Nachrichten von den Neuesten theologischen Büchern. L. St. 1746. p. 892. sequ. Sed auctore huius voluminis vapulare iusterunt & alii, & ipse potissimum eius in hac opera Successor. vid. Vorrede zum VI. B. it. Goetting. Gel. Zeit. 1745. 84. St. Hamb. Gel. Berichte 1746. n. 1. Putauit M. Muscau quidam, se hanc demonstrationem refutasse, vnius vel duarum plagularum libro, cui titulus est: Beweis dass einem geistlichen Redner eine mathematische Erkenntniß nicht nötig sey. Altonau 1749. publicato. Sed sibi bene consuluisse hic homo, si prius ex meo scripto *quid sit cognitio mathematica, & methodus mathematica didicisset*. Non ergo contra me pugnat. v. v. VVINDHEIMS Goetting. Philos. Biblioth. Vol. I. p. 80. & Hamburgische Neue Gel. Zeitung. 1749. varius in locis. it. Reichs- Postreuter 1749. N. 16.

agit. Lemg. 1746. in 4. 2. pl. (s) VI. *Vernünftige theoretische Anweisung zur vvalren Beredsamkeit hauptsächlich der Schuljugend zum besten und nach demonstratiuischer Lehrart aufgesetzt.* Lemg. 1747. in 8. 16. Bog. (t) VII. *Reflexions sur les principes de la maniere d'enseigner les jeunes Gens dans les Ecoles.* à Lemgo 1747. 1 pl. (u) VIII. Herrn D. V Valchs Abhandlung von dem verschiedenen Geschmack in Predigten. Mit Anmerkungen vernecket und erläutert. (x) VIII. Schriftmäßige Prüfung der Lehre von der persoenlichen Fürsprache des H. Geistes. Mit einer Vorrede H. Ioh. Ernst Schuberts &c. von den Vwirkungen des H. Geistes in den Menschen Lemg. 1748. in 4. 18. B. (y) X Schriftmäßige Gedanken von der Anklage des Satans. Lemg. 1748. in 4. 1 Alph. 10. B. (z) XI *Consensum in facti alieni imputationem verum imputationis esse fundamentum probat atque Acroasium suarum in alma Iulia Carolina rationem reddit.* Helmst. 1748. in 4. 2 Plag. (a) XII. Dissert. philos. de Approximatione Dei ad creaturas eius omnipræsentiam non tollente. Helmst. 1748. in 4. 5. plag. XIII. Das liebenswürdige an den Eltern in ihrem Alter in einem Sendschreiben an die Seinen

K 3

gen

s) v. Goetting. Gel. Zeitung. 1746.

t) v. Goett. Gel. Zeit. 1746. n. 84. Altonaer Gel. Zeit. 1746. 92. St. Hamburg. Berichte 1747. n. 4. Leipziger Gel. Zeit. 1748. n. 9. Leipziger Büchersaal der schönen Wissenschaften und freyen Künste Vol. VIII. P. II. quocum conf. die Vorrede zu der zweiten Auflage 1750.

u) v. Goetting. Gel. Zeit. 1747. 25. St.

x) v. doctiss. CAPPELMANNI Beiträge zur Beredsamkeit der geistl. Redner. IV. Part. Lemg. 1747. in 8.

y) v. Alton. Gel. Zeit. 1746. n. 57. 58. Hamb. Freye Vrteile. 1748.

z) v. Zuverlässige Nachrichten von dem gegenwärtigen Zustand Veränderung und Wachstum der Wissenschaften. CXXII. Part. 1750. Braunschweigische Anzeigen. 1748. 66. St. Hamb. Gel. Ber. 1748. Ienaischer theologischer Büchersaal VI. St. 1749.

a) vid. Braunschweig. Anzeigen 1748. & Hamb. Gel. Berichte 1748.

gen über den tod s. Mutter. Helmstedt. 1748. in 4. 2. pl. XIV.
Leges motuum animæ rite inueniendi genuinum modum ac le-
tiones sem. heb. 1748. habendas indicat. Helmst. in 4. 2. pl.
XV. Commentatio theologica de vera & necessaria Christiani,
Theologi atque Ecclesiastæ distinctione. Helmst. 1748. in 4. 3. pl.
 (b) XVI. Logica. Lemg. 1749. in 8. 12 $\frac{1}{2}$ pl. (c) XVII. An-
 weisung zur wahren Beredsamkeit. edit. II. Lemgo 1750. 16.
 pl. (d) XVIII. Dissert. theol. de Foedere baptismali. Helm. 1749.
 in 4. 6. pl. (e) XIX. Progr. Scholaſt. I. de Scholis Veterum,
earumque cum hodiernis analogia. Vuolſenb. 1749. in 4. 5. pl.
XX. Progr. II. de officiis Principis circa Scholas. Vuolſ. 1749. 3 pl.
XXI. Progr. III. funebre in obitum b. Conrect. Ioan. Basil. Hof-
manni. Vuolſ. 1749. 1 $\frac{1}{2}$ pl. XXII. de Theologo Philosopho Aca-
demiam utiliter regente Epistola votiva ad Virum Magnificum
S. V. Abbatem Io. Ern. Schubert. Vuolſ. 1750. in 4. 2. pl.
XXIII. Progr. III. de officiis Scholarum erga Principem, quo
ad Orat. adit. noui Conrect. inuitat. Vuolſ. 1750. in 4. 2 $\frac{1}{2}$
pl. XXIV. De M. Io. Carionis Chronico Epistola ad S. V.
Hauberum. Vuolſ. 1750. in 4. 1 pl. (f) XXV. Histor. Schol.
Duc.

b) vid. S. V. D. KRAFTII *Theologische Bibliothec* XXXV. St. p. 472.
 & Hamburg. freye Vrtheile an. 1749. n. 6.

c) vid. Gelehrte Neuigkeiten Hamburg. 1749. II. St. Goetting. Gel.
 Zeit. 1750. n. 45.

d) vid. Braunschweig. Anzfig. 1749. 105. St.

e) vid. Hamburg. Neue Gel. Zeitungen 1749.

f) v. Braunschweig. Anz. 47. St. 1750. & Hamb. Gel. Ber. 1750. 49. St.
 & Ienaischen theologischen Büchersaal. XIV. Stück, vbi, si VI. Stück cum
 hoc contuleris, scriptorum meorum indicem accuratissimum
 reperies. Ceterum monere hic iuuabit, me alteram de *Carionis*
Chronico

Duc. Vuolfen. Diatr. I. Vuolf. 1750. in 4. 3 pl. (g) XXVI.
Eiusdem Diatr. II. 1750. in 4. 5 pl. (h) XXVII. *Das Bild eines
 grossen Gottesgelerten: eine Trauerrede auf den sel. Hr. Abt
 Dreissigmark.* Vuolf. 1750. 3. pl. (i) XXVIII. *Eiusdem Di-
 atr. III.* Vuolf. 1751.

Ad

Chronico Epistolam nuper Hamburgum misisse, quæ Commercio litterarum eruditio, quod ibi publicatur, quam primum inserta foras dabitur.

g) v. Braunschw. Anz. LVII. St. 1750.

h) v. Hamb. Gel. Ber. 1750. n. 63. & 72. Braunschw. Anz. 67. St. 1750. & Goetting. Gel. Zeit. 1750. n. 98. Duo in his occurunt, quæ sententiam nostram, eiusque explicationem hic desiderant. Primum in eo versatur, ut huius Historiaæ vtilitatem vberiorem vindicem, quam quæ ibi indicatur. Putant enim, illam tantummodo eorum inferire excerptis, qui in virorum, eruditis, quæ dicunt, muneribus functionum, nominibus, natalicio anno & fatali, patria, vitiis & aduersis connubiis Historiam litterariam ponunt. Sed veniam dabunt sententiæ nostræ. Angusti scripti limites, tanrum, vt, vbi de eruditorum, quos cetaui, plurimis rufius ageretur indicaremus, permiserunt. Deinde multorum scripta & alia enarrauimus, quæ nescio cur, omittuntur. Alterum ad locum quemdam Diatrib. II. p. 59. spectat. Hunc veterum græcorum scriptorum vsum nimis extenuare dicunt, sibique inde luxuriantem pro certa philosophia Zelum adparere persuadent. Sed vtrumque frustra. Minime enim autores hos partui faciendo reor, aut ratus sum ymquam. Neque hoc loco vel syllaba id contendi. De philosophia, quam suspicantur, ne verbum hoc loco dictum est. Nescio itaque, qui talia iudex meus disseminare potuerit.

i) S. Hamb. Gel. Berichte n. XCI. a 1750. p. 727. Goetting. Gel. Zeit. n. 120. 1750. p. 960. & Ienaische Gel. Zeit. a. 1750. In his vltimis maleuolus quidam, qui Vuolenbutelli iam moratur, orationem hanc meam recensione quadam, illuc transmissa, ita perstrinxit, vt de munere meo fruole derogauerit. Cum vero eius nomen,

quod

Ad Correctores iam deflectit dissertatio mea. De *Ouerbekio*, quod ad Diatrib. II. pertinet, adhuc notemus, illum scriptisse: *den gefundenen Hauptschlüssel zur doppelten Kunst der Ebreischen Accentuation*: (k) præter varia scripta Mathematica, quæ *Act. Erudit. Lat.* inserta leguntur. Matheos enim præ aliis fuit egregie gnarus. Hinc cum magno *Leibnizio* familiariter conuersatus est. Celeb. *Saligius* sub hoc Principe vsque ad annum c^hl^obccXXXVIII Correctura functus est. Huic successit a. c^hl^obccXXXIX mense Julio *Ian. Hofmannus*, Brunsuicensis. Qui cum, me scholam moderante, diem suum obierit supremum, singulari programmate funebri Eius vitam exposui, quam hic repetere supersedeo. (l) Successorem habuit clariss. *M. Iac. Frid. Heusinger*, in alma Ienensi Academia huc vsque docentem: cuius vita æque a me programmate publico iam est exposita. (m) Conferuet hunc dignissimum Scholæ nostræ Correctorem, Collegam nostrum amicissimum, Deus t. o. m. inferos vsque annos, atque in Lycei nostri insigne decus.

Maxima,

quod mihi certissime notum est, splendidissimo Iudicio Ducali proxime sim indicaturus, quod de poena ipsi infligenda sapientissime statuet, Deum ego supplex oro, ut ipsi, ad fruges reddituro, gratiam suam ne deneget, delictumque hoc condonet.

k) Brunsu. 1716. in 8. Fuit etiam alter perpetuorum Respondentium in Diff. in August. Confessionem in Coenob. Riddagshusano. v. S. V. Spechtii Aug. Confess. breibus aphorismis illustratam in vs. Coll. Riddagsh. Brunsu. 1695. 4.

l) v. *Supremum Officium piis Manibus viri clarissimi Hofmanni publico Schola lugentis nomine præstitum*. Vuolf. 1749. in 4. 1¹₂ pl. Obseruabo hic

b. cel. GEBHARDI peculiare quoque in b. Soceri Hofmanniani Andr. Frauendienstii obitum progr. scriptisse.

m) v. Progr. meum de *Officiis Scholarum erga Principem*. p. XIII. seq. & *Zufaße zu dem im Jahr 1743 und 1744 blühenden Iena auf die Jahre 1746-1749*. p. 183 seqq.

Maxima, hoc quoque Principe terras Suas beante, dexteritate officio suo adhuc fun^{ct}us est *Henricus Bokermeier*, de quo supra. (n) Solus labores exantlauit vsque ad annum c^lcc^lc^xlv. quo ipsi *Io. Christianus Vuinter*, Helmstadiensis, Adiunctus datus est. Natus is fuit a. c^lcc^lc^{xviii}. d. III. Martii. Postquam Scholam patriam frequentauerat, eiusque Choro Musico adscriptus fuerat, a. c^lcc^{xxxix} in Gymnasium Martinianum Brunsuicense discessit, vbi celeb. *Schrodtii & Blankii* fidelissima vsus institutione litteris æque ac musicæ operam dedit, aliosque iis instruxit. Ab a. c^lcc^{xl} in Academia Iulia Theologiam, præcunte in primis splendidissimo *Moshemio*, & alia litterarum studia amplexus est. Anno c^lcc^{xliv}. d. XXVIII Iul. Cantori nostro seni, postea socero suo, Adiunctus in classem secundam a S. V. *Hafelio* introductus est, in qua binas quotidie horas, præter musicam, publice docuit, donec subsequenti anno Cellas ad Cantoratum abiret. Vir humanissimus ac doctissimus scripsit superiore anno *Dissertat. epistolicam de Musices peritia Theologo neque dedecora, neque inutili.* Cellis in 4. 2. pl. (o) Plura de probo hoc viro, quem Deus fortunet, legi possunt in *Actis Scholasticis*. (p) Ab hoc inde tempore Senex noster ipse solus, quasi viribus redintegratis, officium suum gessit, quod etiam nunc gerit, & vt diu adhuc rebus suis interfit, optamus.

Subconrectorum seriem continuarunt *Phil. Iac. Doebern*, paucis diebus ante obitum suum huic muneri præfectus: (q) quem defunctum secutus est *Io. Arnold Ballenstedt*, Vuolfenbuttelenfis, Classi quinta antea præfectus. Natus fuit d. XII. Octobr. a. MDCCV, patre *Ioan. Conrado Ballenstedt*,

L

- n) Diatr. II. p. 61. o) *Gelernte Neuigkeiten auf das Jahr 1749.*
 XIX. St. p) v. Vol. IV. p. 568, V. 187, VI. 391.
 q) v. Diatr. II. p. 62.

lenstedt, Chirurgorum castrorum in Ducum Brunsuicen. legione, contra Gallos ducta, quondam praefecto; matre *Hedviga Elisabeta Hauen*, *Henrici Caroli Hauen*, ciuitatis nostræ Senatoris, filia. Scholasticorum studiorum curriculo, *Io. Andr. Frickio*, Schol. nostræ Reætore, *Christ. Aug. Saligio*, Correctore & *Henrico Bokemeiero* Cantore ducibus, feliciter transacto in Academiam Iuliam se contulit a. MDCCXXVII, vbi Vi- rorum celeberrimorum usus manuductione per triennium ad futuri in Scholis doctoris munus rite se præparauit. Ex Academia in Patriam redux quinquennium in *Meisneri*, nobilissimi nostri Bibliopolæ, ædibus priuatas habuit Scholas, donec a. MDCCXXXV. Scholæ nostræ daretur. Introduc- tus fuit in classem tertiam d. VIII. Iul. a. MDCCXXXV, vbi iuuentutem omni dexteritate erudiuit. A. cl^occxl Summos in Philosophia Honores ab Academia Lipsiensi impetravit: quo factò cel. *Saligii* gener euasit. Inclaruit præterea scriptis quibusdam, ad Historiam litterariam potissimum spectantibus. I. Epistola ad *Gabr. Wilhelm. Goetten*, tunc Eccles. Hildes. nunc Conf. Consil. apud Potentiss. Britanniæ Regem. *Vuolf.* 1732. f. II. de *Asylis ignorantie*. Ib. 1736. Epist. ad *Herm. v. der Hardt*. 4. III. *Vita Gr. de Heimburg* I. V. D. & Reip. Norimb. Conf. 4. 8. pl. IV. *Vita Andr. Althameri*. 4. 12. pl. V. *Vita Christ. Aug. Saligii*. 4. 3 pl. VI. *Vita God. Guil. Saceri* Icti 4. 8 $\frac{1}{2}$ pl. VII. B. *Saligii* Tom. IV. Hist. Conf. Aug. Halæ 1741. (r) VIII. *Histor. Comitum Hoiensium* in mst. (s) XI. *Nonnullis dissertationibus in Actis Scholasticis Bidermannianis*. X. *Theob. Thameri* Vita Hist. B. *Saligii* inserta. Anno cl^occxlvii hinc ad Scholam Schenningensem abiit, vbi Con- reæto-

r) vid. *Aer. Erudit. Germ. P. XIX. Leipz. Gel. Zeitung*. a. 1741. *Ab- riss vom neuesten Zustand der Gelehrsamkeit*. Goetting. p. 19.

s) v. Excellent. Dom. Vice Cancellarii nostri *de Praun* Biblioth. Brunsu-Luneb. p. 189. ed. 1744.

rectoris munere adhuc cum laude fungitur. Excepit illum M. Io. Frider. Cuno, Scheningensis, qui antea Collegæ quinti vices obierat. Sed haud diu huic classi tertiaræ præfuit. Mortuus enim est præmatura morte eodem anno MDCCXLVII. circa festum Michaelis, ita ut vix semestre hanc spartam ornauerit. (t) Successit ei Ioan. Frider. Iakob, Vuolffenbuttelensis, qui antea quintam classem docuerat. Subsequenti vero anno circa Nativitatis Domini nostri Iesu Christi festum Ecclesiæ Volkershemensi Antistes datus est. Locum eius a MDCCXLIX. d. XIV. Cal. Iun. occupauit Christoph. Immanuel Pappe, Buckouia Magdeburgicus. Is in Pædagogio Bergensi prope Magdeburgum, vbi b. Parens eius Ioan. Simon Pappe, sacri antistitis munia gesserat, quæ antea Buckouia & Fermerslebiæ fidelissime administrauit, pie educatus, litterisque humanioribus bene imbutus ætatis sive XVIII. a. cl. 1740. ad Academiam Fridericianam adiit, ibique litterarum studiis sedulo se dedit. Lubecam, Academico curriculo cum laude peracto, ad institutionem domesticam a. cl. 1746. concessit, unde a. cl. 1748. in Pædagogium Bergense reuocatus, Collegæ ordinarii ibi gessit spartam. Inde, diuinis auspiciis, ad nos venit, pubemque nostram dexterime iam docet. Secundet Deus optimus in posterum quoque omnes eius conatus in sui gloriam.

Ad Collegas quintos referendi sunt Ioan. Henricus Krull, Magdeburgensis. Frequentauerat is antea Scholam nostram maxima cum laude, S. V. Ephoro nostro sumtus largissime ipsi suppeditante. Adiit a. MDCCXXXII. Academiam Helmstadiensem, vbi in litteris singulares fecit progressus. A. deum cl. 1748. d. xviii. Iulii ad munus Collegæ quinti rite introductus fuit. Post quadriennium vero a. cl. 1752.

L 2

ad

t) vid. ampliss. NOLTENNI *Vita patris eius Sigism. Andr. Cano*, vbi mors eius quoque indicatur.

ad Pastoratum Stoeckhemensem euocatus, a. MDCCXLVII hunc cum Ecclesia Hessensi commutauit, cui quam vigilissime etiam nunc praeest. Labores eius in se suscepit, *Ioan. Frider. Cuno*, cuius supra iam mentio est facta. Ab Academia Vuitebergensi is hoc tempore lauream philosophicam consecutus est, elaborato, sed non edito, specimine, cui titulus: *Spicilegium Observationum Historico Theologicarum ad Seculum Reformationis per b. Lutherum institutæ pertinens.* (u) Ao. cl. 1643 matrimonium iniit cum virgine lectissima, *Angel. Catharina, Ioan. Conrad. Pini* Praefecturæ Gandershemensis quondam Vice Praefeti Filia natu maxima, iam vidua. Clafsem hanc quintam felici cum successu ad annum MDCCXLVII moderatus est. Eum in tertiam classem adscendentem exceptit *Ioan. Frid. Iahns*, qui eodem adhuc anno eidem in tertia classe successit. Notandum autem hic erit, tunc temporis, ut olim semper, in quinta Classe quartam etiam fuisse, ita ut Collega quintus quintam & quartam Classe simul docuerit. Secutus est *Ioan. Henr. Heckner*, Helmstadiensis. Natus is est a. MDCCXIII. X. Cal. Aug. Patriam Scholam postquam frequentauerat, a. MDCCXXVIII missus in Athenæum Scheningense præceptoribus vñus est fidelissimus ac celeberrimus, *Sigism. Andr. Cuno* Rectore, & *Ioan. Frid. Noltenio* Correctore. Ao. MDCCXXXVI. in patriam concessit Academiam, vbi sanctioris doctrinæ studio totum se dedit, lectiōnibus virorum, omni eruditioñis fama celeberrimorum, *Moschomii*, *Seidelii*, *Schrammii*, *von der Hardt*, *Frobesii*, *Keuffelii* diligentissime vacans. Triennio Academicō absoluto, variisque domesticis institutionibꝫ peractis, a. MDCCXLVII. Id. April. Collega sextus Scholæ nostræ datus, a. MDCCXLVIII.

V. Cal.

v. consult. RVD. AVG. NOLTENI Schediasma epistolicum de scriptis nonnullorum Schole Guelferbytanæ Collegarum notabilioribus. Helmst. 1743. in 4. p. 4.

V. Cal. April. ad quartam Classem adscendit, in qua se adhuc indefessum præbet ac strenuum præceptorem. Adnuat Deus porro laboribus eius, dignumque illi largiatur operæ præmium.

Christoph. Moerlingio, Collegæ sexto a. c^lo^oc^{xxx} mor-
to, successit *Ioan. Frid. Cuno* eodem adhuc anno d. XXVIII.
Octobr. In Academiis Helmstadiensi & Goettingensi litteris
operam indefessam nauauit, quæ vberimos pollicebatur fru-
ctus, nisi præmatura morte e vita fuisset euocatus. Ao.
MDCCXLII. hunc in superiorem locum adscendentem secu-
tus est *Ioan. Petrus Vugfraas*, Ollendorfio Erfurtensis, qui,
postquam Scholam nostram vtiliter frequentauerat, in Erfur-
tensi Academia Theologiæ operam suam nauauit. Curriculo
Academico absoluto priuatam hic instituit Scholam, quam
cum publica commutauit d. IV. Iul. rite introductus. Cum
vero is anno MDCCXLVI. diem suum obiit supremum, *Ioan.*
Frider. Iahns successit d. XIV. April. ei a. Hunc a. MDCCXLVII.
exceptit *Ioan. Henr. Heckner*, de quo supra. Huius tamdem
spartam naetus est *Ioan. Iul. Fricke*. Natus is fuit Vuolzenbut-
telæ a. c^lo^oc^{viii}. Scholam nostram cum frequentasset, cal-
ligraphia, arithmeticæ, algebrae & mathesi totum se dedit, optimis
visus magistris, *Hermanno* in calligraphia, *Steinmanno* in
Arithmetica & Algebra, ac denique *M. Lauterbachio* in Mathe-
si. Anno c^lo^oc^{xxxiv}. in ciuitate nostra Scholam calligraphi-
cam & arithmeticam instituit: quo factum est, vt a. c^lo^oc^{xl}III
ad calligraphicam & arithmeticam horam in Schola nostra
habendam vocatus sit. Anno c^lo^oc^{xlviii}. demum, cum
Collegæ sexti locus vacaret, editis speciminibus Scholæ no-
stræ Collega sextus datus est. Postea Arithmetica sua æque
ac Algebraicæ scientiæ publica multa dedit specimina. (x) Suf-
fulciat

L 3

x) v. Braunschw. Anz. 1750. d. IX. Sept. & a. 1749. it. a. 1751.

fulciat eum porro Deus in laboribus, quotquot in iuuentutis nostræ scholasticæ vtilitatem suscipit.

Atque hæc sunt, quæ Scholæ nostræ Historiam conficiunt, & a me conquiri potuerunt. Vnicum tantum adhuc addam. In manus nuper incidit meas elegia quædam de cœlesti pugna inter Michaelem Archangélo & Luciferum, a Scholæ nostræ quodam alumno Iodoco Engerten, Hildesiano, quondam elaborata & a MDCXIII. impressa. Eodem illa anno publici facta est iuris, quo Neubaueri, cuius Diatr. II. p. 34. mentio a nobis facta est. Nouum hoc est de optima Scholæ nostræ tunc temporis conditione argumentum. Aequi bonique B. L. ea culturos fore spero, ita vt opera mea vtilitate sua non prorsus destituatur. Per Deum, vitam, vires, valetudinem atque otium clementissime suppeditantem, si licuerit, has Diatribas tres in unum redigere volumen, apud animum constitui. In fusione hac Scholæ nostræ Historia quascumque vitas ex scriptis, quæ hic tantum citavi, fusi exponam. Cum enim hæc non in omnium versentur manibus: exteris praesertim me gratum faciatur arbitror, si quæ desiderant, in hac nostra Historia iuuenire poterunt. Nihil igitur restat, quam vt sub illius finem hanc nostram Scholam dulcissimam ac dilectissimam Supremo Numini quam studiosissime commendem. Favit Deus t.o.m. vt numquam non in illa sint, qui quam fidelissime & dexterime quascumque veritates doceant, & qui illas audiassime excipiant, atque in Dei gloriam, sui aliorumque vtilitatem transferant. Longissimam, & ad telluris huius finem duraturam ipsi concedat perennitatem, atque in illa regnum suum numquam interire sinat. Optimos illi semper, CAROLO que similes, largiatur Principes ac Nutritores. Tum demum enim bene de illa actum iri certissime confidimus. Posteri, qui hanc nostram legent Historiam, & nostri in muneribus erunt

suc-

succesiores, cogitent sedulo ac serio, Dei Scholam hanc esse vineam, in qua qui osciranter aut otiose Domini opus tractat, deuotus esto.

Sed haec quorsum? vt intelligatis, L. B. Musas nostras felicissimum, auspicatissime redeuntem, Natalem *Serenissimæ Principis ac Dominæ, Dominæ PHILIPPINÆ*

CHARLOTTAE, potentissimi olim Borufforum Regis Friderici Wilhelmi Natæ, felicissimo, eodemque fecundissimo optimo Patriæ Patri, Serenissimo **CA-
ROLO,** Brunsuicensium & Luneburgensium Duci, connubio junctæ, Principis ac Dominæ nostræ indulgentissimæ, non sine sollemnî quadam gaudii sui submississimi testificatione prætermissuras esse. Harum ergo nomine ego in maiore nostro auditorio crastina luce hor. IX. matutina publice declamare apud animum constitui. Dicam, quæ gratias in Deum animus, quæ submississima in Serenissimam Principem mens, & obstrictissimum patriæ studium a me flagitant, ita tamen, *vt quid quantumue emolumenti e bona Principe in terras suas redundet, simul ostendam.* Votorum nostrorum summa haec est, *vt D. O. M. CAROLVM, Principem pium, felicem, augustum, cum celsissima Eius Coniuge, incomparabilis Exempli Principe, & Principe iuuentutis nostræ, Patriæ certissima spe, immo vniuersam celsissimam Do-
mum Brunsuensem & Luneburgensem fartam te&tamque posteris nostris conseruet.*

Quæ in Animis Vestris calet, L. B. in Serenissimam Principem nostram pietas cum satis illa nota mihi sit, atque perspecta: Vos frequentes huic nostræ sollemnitati ad-
fatu-

futuros esse, nullus dubito. Quia tamen ita rogandi mos est,
Vestrum Quemque, pro dignitate, ordine, loco ac mune-
re Suo omni submissione atque obseruantia mihi colendum,
sic rogo, vt qui maxime, & summa contentione solent.
Quotquot ergo mansuetioribus litteris fauent, Musisque
nostris cupiunt, hos, si per ipsorum negotia licuerit, Su-
am nobis præsentiam non denegaturos fidissime animus
mihi præfigit.

P. P. Vuolfenbuttelii. d. XII. Martii a. a. f. n.
MDCLII.



Ga 4467.

82

W18

M

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

HISTORIA
SCHOLAE DVCALIS
VVOLFENBUTTELENSIS.

DIATRIBE III.

QVA

SPLENDIDISSIMVM NATALEM
RENISSIMAE PRINCIPIS A DOMINAE
PHILIPPINAE
CHARLOTTAE

EX REGIA BORVSSORVM STIRPE NATAE
IS BRVNOCIVENSIS ET LVNEBURGENSIS
DOMINAE NOSTRAE INDVLGENTISSIMAE

IN
DVCALI NOSTRA SCHOLA
RATIONE VERNACVLA

D. XIII. MARTII A. CCCL.

HOR. MATVT. IX.

SVBMISSISSIME CELEBRANDVM

INDICIT

AN. CHRISTOPH. DOMMERICH

LOS. DOCT. INCLIT. ORD. PHILOS. IN ACADEMIA IULIA
CAROLINA ADIVNCT. ET SCHOLAE DVCALIS
VVOLFENBUTTELENSIS RECTOR.

VVOLFENBUTTELI
THEOPH. ANT. MATTHEEN DVC. TYPOG.